Fig. 2. (Vergr. 1 : 450.) Eine gerbsäurehaltige Zelle aus der Wurzelspitze von *Dioon edule*; die Abb. zeigt, wie die Gerbsäure in Absonderungszellen auftritt; es liegen in einer gefärbten Grundmasse stärker gefärbte Gerbsäure-Kugeln suspendirt.

Tafel II.

Fig. 3. (Vergr. 1 : 180.) Ein Gefässbündel aus einem jüngeren Internodium von *Vicia faba* 30 Tage nach der Aussaat. Die älteren Schichten des Bastes (b) sind mit G. 8 gefüllt; die Zellwände sind nicht gefärbt. Die jüngeren Zellen des Bastes (w) enthalten G. (5) im Lumen und der Wand der Zelle. Das Cambium (c) tritt durch dunkle (5) Gerbsäure-Färbung deutlich hervor.

Fig. 4. (Vergr. 1 : 180). Ein Längsschnitt durch einen Blattknoten in der Knospe von *Ricinus*. Der Blattknoten (b) liegt voll Gerbsäure-Mutterzellen, und die Abb. zeigt, wie von ihnen aus die Gerbsäure-Zellreihen (g) sich in die Internodien hinein entwickeln.

Lichenologische Beiträge von Dr. J. Müller.

(Schluss.)

577. *Parmelia physodes* Ach. v. *sublugubris* Müll. Arg.; thalli laciniae convexae, turgidulae, e laevi dein rugulosae, subtus undique v. fere undique et supra ad margines hinc inde nigrae; apothecia primum podicellari-obconica. — Vulgo pulchre fertilis et *P. mundatam* Nyl. omnino cum *P. physode* conjungens. — Ramulicola in Tasmania: Gunn (e specim. Babingt.), in Australia Felice (ex hb. Hamp.), et ibidem in Mt. Cobbaros alt. 6000 ped. (ex hb. Hamp.).

— — v. *rugosa* Müll. Arg.; thalli laciniae convexae, primum laeves, dein rugosae, demum supra hinc inde creberrime rugis isidioideo-elongatis sorediosis tectae, supra cinereo-albidae, subtus praeter extremitates badias nigrae, ultimae angustiores, vix 1 mm. latae, margine hinc inde nigrae, inferiores gradatim latiores; apothecia spadicea, juniora vix podicellata. — Ramulicola et truncicola in Australiae monte Macedon: Moffat n. 45, in montibus Grampians: Sullivan n. 15.

Universitätsbibliothek Regensburg
urn:nbn:de:bvb:355-ubr03547-0077-7

— — v. *tenuis* Müll. Arg., laciniae omnes conformes et angustae, 1—1$^1/_2$ mm. latae, albidae, ultimae ad margines hinc inde nigratae, subtus fere undique nigrae, supra primum planiusculae et laeves, dein leviter rugosae, demum rugis hinc inde majoribus convexis sorediosis praeditae; apothecia ignota. — Laciniae quam in praecedente et sequente paullo angustiores et laeviores. — Ad Parametta: Woolls, et ad M'Leay River: Aug. Budder.

— — v. *mundata; Parmelia mundata* Nyl. Syn. p. 401, Krplh. N. Beitr. Lich. Austral. p. 11, laciniae latitudine et colore faciei inferioris satis ludunt, subtus tamen semper pro parte albidae v. pallidae, latiores quam in var. *tenui* et inaequales, angustiores et latiores mixtae, hae 4—6 mm. latae, angustiores 1$^1/_2$—2 mm. latae, gradatim basi in latiores abeuntes — Ad Toowoomba Australiae orientalis: Hartmann, ad Ovens River: M'Cann, et in Vandiemensland: Astrolabe.

— — v. *pulverata; Parmelia mundata* v. *pulverata* Nyl. ap. Cromb. Enum. Lich. Austr. R. Br. p. 395, *Parmelia subphysodes* Krplh. N. Beitr. Lich. Austr. p. 10; eadem ac praecedens et eodem more ludens, sed thalli laciniae supra mox leproso-pulverulentae. — Ad River Hunter (in Ash Island): Forde, ad Twofold Bay: White, ad Ovens River: M'Cann, in Mt. Dromedary: Reader, nec non ad Mitchell River in Gippsland Australiae: C. Ross.

— — v. *soluta*; eadem ac sequens, sed thallus supra mox soredioso-solutus, soredia demum in glomerulos 3—5 mm. latos confluentia; laciniae paulo latiores et magis adplanatae quam in var. praecedente, peripherícae vulgo contiguae et subimbricatae, sed planta ludit laciniis ultimis discretis. — Ad Parametta: Woolls, et in Mt. Macedon: Moffat.

— — v. *placorhodioides; Parmelia placorhodioides* Nyl. Syn. p. 401; divisione thalli valde ludit. — Ad Parametta: Woolls, in montibus Grampians: Sullivan, in Gippsland Australiae: French et Lucas.

Species haec in Australia austro-orientali vulgatissima est et praeter varietates australienses supra expositas etiam, saltem in montibus Grampians & Kosciusko, formam genuinam speciei offert. — Nylanderianae *P. placorhodioides* et *P. mundata* e numerosis speciminibus nullo charactere firmo nec inter se nec a *P. physode* specifice separari possunt.

578. *Parmelia hospitans* Müll. Arg. Perfecte quoad formam

Universitätsbibliothek Regensburg
urn:nbn:de:bvb:355-ubr03547-0078-3

similis *P. physodis* v. *placorhodioidi* (*Parmeliae placorhodioidi* Nyl. Syn. p. 401), sed pulchre flavicans, laciniae supra thallum *Parmeliae* alienae prorepentes iisque vulgo arcte adhaerentes, deplanatae, subtus fuscae, nudae et grosse rugosae, quoad ambitum ut in comparata specie ludentes, interdum soredia sparsa gerentes. Apothecia ignota. — Juxta proximam *P. distinctam* Nyl. Add. ad Lich. And. Boliv. p. 374 locanda est, a qua thallo applanato (latiore, magis et angustius diviso) statim recedit. A diversis formis *P. conspersae* dein ambitu laciniarum et pagina infera nuda facile differt. — Supra *Parmeliam physodem* v. *placorhodioidem* et v. *mundatam* et supra *P. tenuirimam* crescit in Australiae Mt. Dromedary: Reader, in Mt. Kosciusko: Findley et ad Parametta: Woolls.

579. *Parmelia hypoxantha* Müll. Arg. L. B. n. 242, v. *major* Müll. Arg.; omnibus partibus duplo major, laciniae 4—7 mm. latae et magis applanatae, caeterum, ut videtur, omnino conformes; apothecia ignota. — Ad Muellers River in Australiae prov. Queensland: C. W. Birch, et inter Spencers Gulf et Mount Eba Australiae meridionalis: Giles n. 107.

580. *Parmelia aeneofusca* Müll. Arg. Omnia ut in *P. pertusa* Schaer., sed tota planta aeneo-fusca, nitidula et laciniae convexae, magis abbreviatae; apothecia ut in *P. pertusa*, sporae in ascis geminatae, 44—52 μ longae, 17—20 μ latae. — Praeter lacinias sat late perforatas *P. encaustam* v. *atrofuscam* (Schaer.) simulat et a *P. pertusa* eodem modo differt ac *P. encausta* a *P. physode*, sc. laciniis thalli alte convexis. — Saxicola (e vestigiis quartzosis adhaerentibus) in montibus Grampians Australiae austro-orientalis: Sullivan n. 9.

581. *Theloschistes chrysophthalmus* Th. Fries Heterol. p. 51, var. *leucoloma* Müll. Arg. Thallus brevis et brevilaciniatus, supra cinereus, subtus albus, non ciliatus; apothecia margine et subtus nuda, margo subpersistens, incurvus, albidus, demum crenulatus. — Corticola in Mt. Dromedary Australiae: Miss Bate.

— — v. *leucoblepharis* Müll. Arg. Thallus gracilis, supra flavus, subtus albus, apothecia albo- v. e flavescente albido-ciliata (sporae speciei). — Ad ramulos prope Toowoomba in Queensland: Hartmann.

— — v. *Sieberianus; Parmelia Sieberiana* Laur. in Linnaea 1827 p. 38; *Parmelia spinosa* Tayl. Lich. Antarct. n. 69. Thallus intense aurantiacus v. pro parte expallenti-cinereus, plus minusve crebre ciliato-spinuliger, semper abbreviatus et subde-

Universitätsbibliothek Regensburg urn:nbn:de:bvb:355-ubr03547-0079-1

pressus, nunc firmior, nunc debilior; apothecia margine nuda, majora subtus parce spinuligero-ciliata. — Rigiditate et colore paullo varians, semper multo nanior et depressior et vulgo magis ciliato-spinuligera quam *Th. chrysophthalmus* v. *denudatus*, s. *Lobaria denudata* Hoffm. Plant. Lichenos. t. 31 fig. 1. — Corticola in Vandiemensland: Stuart, in Parametta: Woolls, et prope Rockhampton Australiae orientalis: Thozet.

— — v. *expallens* Müll. Arg. Thallus ex aurantiaco vitellino-expallens v. -cinerascens, vix v. parcissime tantum ciliigerus, caeterum minutie et directione magis depressa partium ut in var. *Sieberiano*; apothecia nuda. — Ad *Th. chrysophthalmum* v. *subinermem* Müll. Arg. L. B. n. 180 accedit sed thallus flavicans et planta affinior v. *Sieberiano*. — Ad Parametta: Woolls, et in Ash Island prope Sidney: Forde.

582. *Physcia speciosa* Fr. f. *sorediosa*. Thallus ut in f. normali hujus speciei, sed laciniae margine sorediis ampliusculis subregularibus v. confluentibus subfarinosis obsitae, ciliae albae; margo apotheciorum subinteger, laevis. — Corticola in Australiae prov. Queensland prope Toowoomba: Hartmann.

— — v. *angustiloba* Müll. Arg. Thalli laciniae angustae et anguste divisae ut in nigro-ciliata v. *tremulante*, sat flexuosae albo-ciliatae, ad margines hinc inde globoso-sorediosae, subtus candidae; apothecia conferta, deplanata, tenuiter marginata, margo mox minute et conniventer multilobulatus. — Corticola prope Toowoomba in Queensland: Hartmann.

583. *Parmeliella duplicata* Müll. Arg. Thalli laciniae horizontales, latiusculae, rigidulae, crenatae, laeves aut verruculosae, pallido-cervinae, omnes margine crispato-microphyllinae, foliola v. lobuli demum valde copiosa fereque totam superficiem thalli occupantia (thallus quasi duplicatus), cum thallo concoloria v. nonnihil virentia, pagina inferior tomento villoso-fasciculari coerulescente et dein expallente tecta, margine nuda et pallida; gonimia coerulea, abbreviatim glomerulose serialia; apothecia circ. 1 mm. lata, adpressa, margine integro cum thallo concolore sed gonidiis destituto praedita, demum multo majora et irregularia, 3—4 mm. lata, plana, margine microphyllino cincta, discus rufo-fuscus; epithecium fulvum; hypothecium flavescenti-hyalinum, lamina hyalino-fulvescens, asci 8-spori; sporae oblongo-subellipsoideae v. -ovoideae, circ. 15 μ longae, 7—8 μ latae. — Lobuli thallini secundarii primo intuitu thallum *Psorae parvifoliae* satis simulant. Juxta *P. Suringari* et *P. erythrocarpam* lo-

Universitätsbibliothek Regensburg
urn:nbn:de:bvb:355-ubr03547-0080-2

canda est. — Saxiçola prope Parametta Australiae orientalis: Woolls.

584. *Pertusaria Moffatiana* Müll. Arg. Thallus cum verrucis fructigeris virenti-albidus, tenuis, linea nigra cinctus, polito-laevis, obsolete nitidulus, continuus; verrucae hemisphaericae, plurinucleatae, regulares et laevissimae, simplices circ. 1 mm. latae, vulgo tamen 2—5 in compositas omnino confluentes et circumcirca distincte limitatas copiose nucleatas connexae, ostiola nigra, punctiformia, haud prominula nec depressa; nuclei intus roselli; asci 8-spori; sporae 33—40 μ longae, 17—20 μ latae, laeves. — Nulli nisi *P. trypetheliiformi* Nyl. similis, sed paullo virens, laevior, asci 8-spori. — Corticola in Australiae monte Macedon: cl. Moffat.

585. *Patellaria* (s. *Biatorina*) *Ramalinae* Müll. Arg. Apothecia in thallo alieno (Ramalinarum) parasitica, nigro-biatorina, $^1/_2$—$^4/_5$ mm. lata, pedicellata, plana, ab origine nigra sed submollia et intus inferne pallida, margo in sectione violaceo-niger, inferne olivaceus, primum prominens et integer, mox dein extus subindistinctus, in sectione circ. $^1/_{25}$ mm. crassus; epithecium violaceo-fuscum, lamina olivaceo-hyalina, hypothecium olivaceo-obscuratum, paraphyses liberae, superne saepe 1—2-ramulosae et incrassatae, asci sublineares, 8-spori; sporae hyalinae, 2-loculares, digitiformi-oblongatae, utrinque rotundato-obtusae, 12—16 μ longae, longo tractu $3^1/_2$ μ latae. — Species pulchre distincta, generis spurii *Scutulae* Körb. Par. p. 454, non autem Tul. Mém. Lich. p. 118. — In thallo *Ramalinae Ecklonii* v. *membranaceae* prope Eucla in Western Australia: J. Oliver.

586. *Buellia ventricosa* Müll. Arg. Thallus tenuissimus, cinereus, margine effusus, minute ruguloso-inaequalis, caeterum continuus, hinc inde evanescens; apothecia $^1/_3$—$^1/_2$ mm. lata, omnino (habitu, margine et disco) similia iis *Buelliae parasemae* v. *vulgaris*, discus nudus, ater; lamina hyalina, epithecium atro-viride v. olivaceo-nigricans (non fuscum), hypothecium crassum, atrofuscum; asci subcylindrici, 4—5 (—8)-spori; sporae circ. 13—14 μ longae, 9—10 μ latae, orbiculari-ellipsoideae, jam juniores 1-loculares et subhyalinae ambitu insigniter latae et evolutis conformes, maturae olivaceo-nigricantes, medio dissepimento crassiusculo divisae. — Corticola in Australiae monte Macedon: Moffat.

587. *Graphinae* sect. *Medusulina* Müll. Arg. Omnia ut in *Graphinae* sect. *Thallolomate* Müll. Arg. L. B. n. 470, sed lirellae

Universitätsbibliothek Regensburg
urn:nbn:de:bvb:355-ubr03547-0081-8

gregatim confertae, nec in thallo subaequaliter dispersae. — Perithecium tenue, incompletum, basi deficiens; discus coloratus late apertus.

588. *Graphina* (s. *Medusulina*) *brachyspora* Müll. Arg. Thallus sat crassus, tartareus, rugulosus, pallido-albus, demum grosse areolato-rimosus, areolae laeves, aliae planiusculae et steriles, aliae magis convexae et apothecia tenella conferta gerentes; lirellae immersae, atro-fuscae, madefactae fuscae v. rubello-fuscae, lineares, $^1/_{10}$—$^1/_8$ mm. latae, varie curvatae et 1—2-ramuligerae et simplices, leviter thallo subemergente cinctae; discus planus et late apertus, non emersus nec defossus, nudus; margines proprii fusci, perangusti, nonnisi juxta epithecium (in sectione) utrinque distincti; hypothecium crassum, hyalinum, epithecium fuscescens; sporae in ascis angustis octonae, hyalinae, 9—14 μ tantum longae, 5—7 μ latae, 3-septatae (v. rarissime 5-septatae), loculi 1 v. 2 demum longitrorsum 1-septati. — *Graphis pertenella* Stirt. Addit. Lich. of Queensland e descript. forte statum juniorem non omnino evolutum ejusdem plantae exprimit. — Ad Rockhampton in Queensland: Thozet n. 47.

589. A cl. Nyland. in sua Recogn. Ramalinarum (p. 69, in observ. ad *Ramal. Javanicam*) genus *Cladia* distinguitur a *Cladonia* Nyl. et *Cladina* Nyl., supra structuram anatomicam breviter indigitatam strati corticalis condita. Character videtur insignis et in sectione transversali podetiorum facile observandus. *Cladiae* stratum laxius cellulosum, aëri- et gonidiophorum est interius, in *Cladoniis* et *Cladinis* exterius; stratum autem densissimum subcartilagineum e filamentis longitrorsis (in sect. longitudinali) arcte coadunatis e contra in *Cladiis* est exterius, in *Cladoniis* et *Cladinis* interius. *Cladonia* et *Cladina* caeterum structura conveniunt et ope *Cladoniae capitellatae* Babingt. e Tasmania et Nova Hollandia arctissime conjunguntur et generice non differunt. *Cladia* autem, genus distinctum, propter *Cyperacearum* genus *Cladium* P. Br., sub hoc nomine admitti non potest. Sit ergo, si placet, *Clathrina*, propter podetia omnium specierum clathratim perforata. — Species notae sunt:

Clathrina Ferdinandi; *Cladonia Ferdinandi* Müll. Arg. L. B. n. 378. In Australia.

— *retipora*; *Cladonia retipora* Flk. Cladon. p. 181. Australia et Nova Zelandia.

— *Sullivani*; *Cladonia Sullivani* Müll. Arg. L. B. n. 379. Australia.

— *aggregata*; *Cladonia aggregata* Eschw. Bras. p. 278. In tropicis et subtropicis plus minusve vulgaris, in Nova Hollandia austro-orientali vulgatissima.

— *schizopora*, *Cladonia schizopora* Nyl. Syn. p. 217, Tasmania (hanc non vidi).

Redacteur: Dr. Singer. Druck der F. Neubauer'schen Buchdruckerei (F. Huber) in Regensburg.

Universitätsbibliothek Regensburg
urn:nbn:de:bvb:355-ubr03547-0082-4

ZOBODAT - www.zobodat.at

Zoologisch-Botanische Datenbank/Zoological-Botanical Database

Digitale Literatur/Digital Literature

Zeitschrift/Journal: Flora oder Allgemeine Botanische Zeitung

Jahr/Year: 1883

Band/Volume: 66

Autor(en)/Author(s): Müller J.

Artikel/Article: Lichenologische Beiträge 75-80